



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An quando quis coram multis confitetur, ut in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum? Et an Confessarius teneatur ad Sigillum, respectu eorum, qui simul secum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

tionem, sequitur quod semper remanet obligatus ad sigillum illius. Confirmatur, quia alias hoc sacramentum merito redderetur graue, si contingeret non obligari sigillo eos, qui vel casu, vel etiam sua culpa peccata in confessione audiunt, cum confessio homini instituenda huiusmodi casibus possit esse obnoxia. Nota etiam cum Maldero *tr. de sigillo, c. 13.* idem dicendum esse de eo; intelligit mutum per natus, & signa, vel quempiam furdastrum alius confidentem nam sic confitens non intendit publicè confiteri, sed secretè.

3. Vnde ex his nouissimè Io. Henriquez *in compend. cas. mor. cap. 46. num. 12.* sic asserit: *El hombre que sin querer, o queriendo oyó algun pecado de algun penitente que se estava confessando, está obligado a guardar el secreto con el mismo rigor que el Confessor. Y si con todo esse dixere a otras personas lo que oyó en confession, quedan todos obligados a callar debaxo de la misma obligacion que el Confessor; y si la malicia vniéssse legado a que el hombre que oyó a un delinquente confessar un delito, se vniéssse querrelado ante algun juez deste delito, no dexiendo que lo oyó confessar, queda obligado el juez, despues que supo que se tubo noticia del delito por confession a no proceder en la causa, y guardar el secreto, como si lo vniéssse oydo en confession, y a dar por nulo todo lo actuado. Sic ille.*

Sup. his infra in Ref. 41. §. ult. ad med. à vers. Si C6 fessor, & in alius eius annot. Sup. hoc lude dice infra in Refol. 43. §. Vnde, & in alius eius not.

RESOL. XXXVIII.

An quando quis coram multis confitetur, ut in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum?

Et an Confessarius teneatur ad Sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt?

Sed aduertitur, quod si plures Confessarii confessionem audierint quacumque occasione, non postposita inter se loqui de alienis peccatis; neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licite facere, sed tenentur omnes ad Sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt, siue licite, siue illicite, siue mediate, siue immediate audiant: Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 23.

Sup. hoc quod hic supponitur supra in tr. 4. Ref. 45. §. 1. & 2. & in alius eius primæ annot.

Sup. hoc in Refol. annot. præterita, & supra in tr. 3. Ref. 113. vers. Tertio & in tr. 4. ex Ref. §. 1. in fine & in Ref. 47.

§. 1. *Suppono cum Ioanne Henriquez in comendo los que nauayan padecen gran tempestad con peligro proximo de perderse el nauio, y quando actualmente se estan peleando en guerra, puede cada uno dezir algunos pecados, y luego ser absuelto y si el peligro fuera tan grande, que no diere lugar a que cada persona en particular pueda confessar algunos pecados, pueden todos juntos confessar algunos, y dolerse dellos, y luego el Confessor los ha de absolver a todos juntos, dexiendo: Ego vos absoluo a peccatis vestris, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, &c.*

2. Hoc supposito Medina *Cod. de confess. quest. 51.* & Vicaldus *in Candel. part. 1. vbi de sigillo, num. 38.* existimant huiusmodi Confessarium non teneri ad sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt; tenci verò quoad alios; & ita tenet etiam Henriquez *lib. 3. de penitentia cap. 21. num. 1.* vbi sic asserit: Quando ex causa publicè fit confessio, vt olim mos erat, non tenetur Confessarius ad sigillum. Sic ille.

3. Sed hæc opinio non est tenenda, quod probatur ex doctrina Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 1. 33. sect. numer. 3.* vbi asserit quod si plures Confessarii confessionem audierint quacumque occasione non

posse postea inter se loqui de alienis peccatis, quia si nec licet loqui cum iplo penitente absque expressa illius licentia, multominus licebit loqui cum alijs, etiam si notitiam confessionis habebant. Vnde à fortiori dicendum est, neque alij inter se, neque cum iplo Sacerdote id poterunt licite facere, tenentur namque ipsi ad sigillum in tali casu: nam, vt supra probatum est, & docet Richardus & Scotus, quos citat & sequitur Angelus *ver. Confessio, vltim. num. 16.* Armilla *ver. Confessio, num. 8.* & alij tenentur ad sigillum, qui alterius peccata dum confitetur, audiunt siue licite siue illicite, siue mediate, siue immediate audiant, & omnia si prædicta docet etiam Fagundez *prac. 2. lib. 6. cap. 5. num. 1.*

RESOL. XXXIX.

An interpres teneatur eclare peccata sub Sigillo sacramentali?

Et cur sissimo asseritur eos, qui sponte à penitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari Sigillo: Ex part. 5. tractat. 1. 1. Refolut. 48.

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Victoria *in 171. Caietan. in sum. ver. confessio, cond. 11.* Scotus *in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5. §. per hoc respondetur,* & alij, negantes simpliciter interpretem teneri sigillo sacramentali, sed secreto naturali. Probatur hæc opinio, quia in ea confessione interpres tenet se ex parte penitentis, & ideo sicut non tenetur penitens sigillo, sic neq; interpres eodem tenebitur. Deinde illa confessio per interpretem nullo modo est necessaria, quare neque etiam poterit obligare ad sigillum, & ita hanc sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disp. 6. quest. 9. dub. 6. n. 134.* vbi docet interpretem teneri iniudicabili secreto, non tamen sigillo sacramentali.

2. Verum his non obstantibus prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tenent Scotus, Richardus, Rosella, Syluester, S. Anton. Medina, Nauar. Philarchus, Toletus, quos citat & sequitur Onuphrius *opus. de sigillo sect. 3. qu. vn. dub. 28.* quibus ego addo Valboam *de Magrouieo to. 2. lib. 1. Salmar. in cap. omnis vtriusque sexus, de penit. & remiss. numer. 62.* Turrianum *de penit. disp. 33. dub. 1.* Maratium *in D. Thomam tom. 3. tract. de penit. disp. 32. sect. 2. num. 8.* Raynaudum *de Monitor. part. 1. cap. 3. quest. 4.* Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 6. num. 17.* Henriquez *lib. 3. cap. 19. num. 9.* Ioan Henriquez *in compen. cas. moral. cap. 46. num. 11.* Molico *in sum. tract. 7. cap. 15. num. 5.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 4. num. 4.* nostrum doctum & charissimum Trimachi *de Confessi. solliciti. disp. 7. sect. 4. num. 8.* Cælestinum *in compen. tract. 1. cap. 18. num. 3.* Reginaldum *tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 26.* Kellionium *tom. 2. in 3. part. quest. 111. art. 3. dub. vn. Mercurum de Sacram. in 3. part. quest. 11. art. 3.* Pirigianum *in 4. sent. tom. 2. dist. 21. quest. 2. art. 5.* Fabrum *de penit. in 4. sent. dist. 19. quest. vn. disp. 34. cap. 2. numer. 21.* Præpositum *in 3. part. quest. 11. de sigillo, dub. 8. num. 32.* Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tract. 11. disp. 4. num. 1.* Ochagaviam *de Sacram. tract. 3. de sigillo Confessi. quest. 2. num. 1.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dist. 72. num. 5.* & Hurtadum *de Sacram. disp. 1. 2. de penitent. difficult. 3.* & ratio est, quia quamuis interpres non se teneat ex parte Confessarii, cui fit confessio, sed penitus ex parte penitentis, quia penitens medio iplo interprete confitetur Confessario, subicit suam confessionem illi, nihilominus cognoscit peccatum